

medicatum vulnus. Vulnere sanantur, ubi ex toto & in totum medicamen; quoniam non sanitas qua sanitas quoad speciem, qua exterius sine ullo vestigio plagae; & introrsum fervent fistulae, vitæ profectò infidiantes, quia corruptæ cicatrices. Nonnulli curantur, qui curatione adhuc egent in remedium, quippe non sanatum totum. Latet occasio in vulnus, ubi aliquid veneni fovet pectus; & post studiosam vulnerum curationem, adhuc promittitur curationem in salutem; quia non est perfecta salus, ubi periculum in inveteratum vulnus. Si aliquid, quantumvis leve, remanet noxæ, dato tempore lethale: sanitasque etiam dicitur sananda, post medicata vulnera; quippequam nil remanebit, ubi viget fragilitas, ex quo vel leviter depravari possit sanitas. Signum planæ salutis, aliquid caput amputare serpentis; verum non perfecta salus, ni feliciter cunctorum caput ictus; & sanitas vulneratis confertur post sanitatem; ob omnimodam sanitatis perfectionem: igitur nullum in medicamento medicamentum, si restat adhuc caput in salutem amputandum. Vide in liter. exposition. à n. 23. Sananda etiam ipsa sanitas, vel dum expulsa ex revocatione in salutem iniquitas, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes: etenim si deficit aliquid totum nihil: trahuntur quippe in barathrum, de quo exierunt; quippe aliquid derelictum, quo trahantur. Non est perfecta sanitas, si non integra, quoniam fermentam in vulnera medicata: sanaturque in ipsa salute, & obducta cicatrice sanitatis sanitas; ut sanitate perfecta sit ad salutem; integritas: etenim vulnera, ubi veneni fermentum, ubi peccati vestigium, etiam si consenserunt, in languorem recurrerunt, in mortem denuò rumpuntur.

Non totum in vitio expellatur venenum, semper insit vitium

Iacob. 1. 4.

Ovid. 6. Remd. v. 533.

Falsula Orphei.

Orantem, frustra quæ iterum transire volentem

Portitor arcuatur: Nec portitor Orci Amplius obicem passus transire paludem. Ad animam retorquet fabulam Naral. Comes 7. Mytholog. cap. 14. igitur fugiens Aristum, quod sonat Bonum, inter flores voluptatum, à serpente latente Eurydice icta descendit usque in infernum. Restituta est musica gratia in pristinam vitalitatem, si custodiverit legem de non respiciendo retrò, ac denuò, florum multiminâ; per quos à serpente mortua. Fregit legem; & relabitur in ignem, à quo desperatur exitus; quippe non lapsus in infernum, sed relapsus. Quid à animal Quoties ex barathri peccatorum educta. Placent ulcera? Arridunt tormenta? Quid si clauditur ianua? Zelus iacet mœrens, pacem peccatorum videns. Hic (inquit Bernard. tract. de Conscientia, cap. 4. à n. 6.) quadriduanus mortuus est. Hic lapis spelunca superpositus, illos misericordes radios divini luminis non admittit. Hæc est mala conscientia. Quomodo tranquillâ? Cùm mundi huius prosperitas alludit & illudit: etiam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquis benedicitur; cùm peccantium favor, & peccare nolentium pavor nolens & dolens ardet ei; cùm non est qui arguat, sed & qui arguere peccatorem audeat, ex omnibus qui in circuitu eius sunt. Nihil aquæ exasperat illius tremendâ iudicis maiestatem; quam peccare & securè peccare, ac de vitijs quasi de virtutibus gloriari. Siccine dum voluptas iterum irruit, inter dulcia cruciamina peccator ruit, corruit, labitur & relabitur salutis desperatione, cuius finis est iacere.

Sit tanti vixisse iterum. Nec verba nec verba Audebunt longa somnum tibi solvere Letbes, Morte datâ.

Id. 10. Metam. Fab. 11. & Virgil. 4. Georg. v. 502

Non facili in gratiam exitus, ubi in peccata relapsus.

Bernard.

Unde impotentia?

Lucan. 6. v. 768.

DIDASCALIA VI.

Charitatis summitas Nolasci charitas.

Supereminentiorem viam vobis demonstro in D. Petro Nolasci vitali, insigni charitatis speculo: etenim in illo redemptionem misit Dominus populo suo. Fulget itaque redemptoris fulgor, quippe charitatis Christi mirificus imitator. In rem Picinell. Mund. Symbol. 15. n. 206.

Speculum Retentoris in Offic.

Cl.

Clara repercusso reddit sua lamina Sole, Et nitidum speculi sparsit imago tubar.

Picinell.

In terram venit mittere ignem, dum Christi adintra sparsit in viscera frigida charitatem: igitur post ortum Iustitia Solem (cuius radij in Nolasci pectore, quasi in speculo repercusso concipiuntur) accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Asculapius olim dictus Redemptor & Salvator corporis, uti dicimus in Ephemer. 1. Ianuar. n. 15. vix natus, mirificus, ignis splendore de celo signatus. Cùm ignis a capite infantis emicuisse, divinum quiddam pastor ratus (inquit Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 11.) rei famam per universam regionem divulgavit. At quid ex portento? Canit Ovid. 2. Metamorph. fab. 1. ex Ocyroë. Ergo ubi vaticinos concepit mente furor, Incaluit que Deo, quem clausum pectore habebat,

Nat. Com. Salutifer orbi.

Ovid.

Maonil. 1. v. 137. Facies eius radiata cœlesti splendor.

Ovid. 6. Fast. v. 741.

Hesius.

4. Reg. 12.

Valen. languet ab anno.

Sophoc.

gnat; quippequam in languore tantum amore languebat.

3 In refrigerium qua non cogitabat? Quia illotunc facili abundabat frigida iniquitas, exardebat Nolasci in pectore charitas. Adintra putci aquarum viventium calet, quum cætera frigent. Urgebat flamma charitatis, & in meditatione exardebat, ignis: nam noctu oranti, & de Christianorum in captivitate degentium subsidio multa animo volventi, Beata Virgo apparet, Filio suo sibi que acceptissimum fore suggestit, si ad sui honorem Religiosorum ordo institueretur; quibus præcipue esset cura, captivos ab insidialium tyrannide liberare. Instituit, sedalibus suis quarto voto adstrictis manendi in pignus sub paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus fuerit. Felix ex proposito Religio!

In Offic. Eivirgo aparet, & in struit.

Gaude propago candida, Quam mater alma Numinis. Perfectionis ultimum Optare insit virtitem.

Ibid.

Ubi culmen charitatis, est ultimum perfectionis. In altiora vocat Virgo mater alma Numinis. Retorqueatur Profanus, 2. Aeneid. à v. 589.

Non ante oculis tam clara, videntam Obtulit, & pura per noctem in luce resulit Alma parens confessa Deam, qualisque videri Cæciculis, & quanta solet.

Virgil.

Misit ignem de celo in obsibus Nolasci, & credivicitam ut seipsum pro captivis liberandis venam ire, aut in illorum vincula luscific cupere, dicitaret. Hoc est charitatis opus & scopus. Quomodo sicine supereminentiore via, demonstrandum Didascaliam.

4 Hæc mando vobis ut diligatis invicem sicut dilexi vos: dixit affectis ut emularentur amoris imitationem, qui in captivorum libertatem, per vincula & crucem transiturus posttride ex hoc mundo ad Patrem. Est amor & modus amoris: experimenque modum, demonstravit etiam amoris excessum. Quomodo ergo dilexit, ut nos ad invicem diligamus similiter? Ciem in forma Dei esse (ait hic Alapid.) vestri amore formam servii assumpsit. Non erat servus, sed servus factus, amore in captivitate degentium, & opem pro libertate implorantium, captivos & latumis educere, & catenis liberare; amor est: at in amore sollicitandum est plus, quò non pervenit amor communis, sed tantummodo excessus amoris; cuius modus nullum habere, ut se possit superare demonstrationibus singularibus, & singularis rei modus: unde cum charitas non quarat que sua sunt; suis commendat non tam invicem amari, quam fecit.

Ioan. 13. 34 & 15. 17.

Alapid. Modus amoris in Christo est excessus in amore.

amo.

amore scilicet nimio, quo illos dilexit, quum pro illis sese tradidit: igitur nulla charitas maior, nec fides in illa eximior, quam quod esset pro illis ingressus in servitute, ut servi illius servitute obtinerent libertatem. Sicut dilexi, ut efficiamini mei discipuli, oportet amare & amari. Aliter, non erit sic, & sic erit in excessum flammæ pectoris, atque mulcimen in fidem amoris: quandoquidem sic, non plus, nec ultra valet procedere cor; quippe excedit amoris flagrantis fidem, pro servis inter catenas amittere libertatem.

Voluntaria servitute, amoris infini modi.

Rom. 5. 10

5 Uterius. Sicut dilexi vos. Non amici erant, sed inimici. Cum inimici essemus: ait Doct̃or Genium. Quid? Tradidit semetipsum pro nobis. Suffici in vincula pro amico, amoris excellentis singularis demonstratio; ut obserbat Cicero de Damone & Pythia, lib. 3. Officior. Altior in Christo flamma pectoris. Sic commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Charitas insignis sic: amor meus, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: equidem si sic indicat charitatis vehementiam; totam amor meus ostendit pectori flammam: etenim pro inimicis exhibeo amore dulciter ductus, quod inter amicos etiam esset excessus. Occurrit antilogia. Illa nocte qua pro illis tradendus in servitute, imò in captivitatem, ut illam exterminaret, & vincos educeret (igitur traditus, quia ipse voluit) amore illectus, non vocavit servos, sed amicos. Quomodo amici, si inimici, & ideo servi? Quia pro illis sufficiens in servitute, servitute acceptus libertatem: vocatque amicos destinatos catenis mistos servos, ut videretur possibilis demonstratio, in tanto amoris excessu: etenim pro inimicis exaltans operabatur, quod de amicis & charissimis à nemine crederetur. Tunc cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo: in finem dilexit eos. Suos? Unde, defecit à fide? Altruivit hospitalitas, non amica familiaritas; unde charitas magis flagravit, & amor usque in veritatem ascendit, captiva libertate, pro afflictorum servitute: equidem cum sui non essent, quoniam si servi, non sui, ut suos fracta servitute faceret, tanquam suos diligens è captivitate eduxit.

V. 8.

Excessus admittere servitute, in aliorum libertatem, Ioann. 15. 16.

Cap. 13. 1.

6 Vincos suos non desepxit. Suos & vincos in servitute catena? Negat veteres ferretos frangens gratia: vincosque dicit suos; quia vidit vincos: quorum catenas contere ingenio amoris valeret, modò servitute libertas præ charitate subiret. Non desepxit catenatos, quos respexit uti suos, vel cum essent inimici in ipsa captivitate; equidem

Phil. 4. 34.

sese in vincula sponte dedit; ut à catenis mancipatos liberaret. Non desepxit, cum vidisset traditos, imò deditos vinculis; sed ex misera sorte aucta flamma charitatis: igitur si liber vincos despiceret; totum genus humanum in servitute iaceret. Altius Christi charitas urget nos, ut diligamus sic. Vincos sui, cum essent servi? Quid fortius amore? Sese pro illis tradidit, quasi fuissent, vel forent amicissimi. Eum ita amicum & beneficam relictui, imò in illa nocte, qua pro illis tradebatur. Ubi fides constituitur? Aufugit, vel cum liber pro servis sese dedit ne graviores parentur catenas. Unde cum ingeniosa sit charitas; impulsit liberum tradit illorum captivitate, ne deficerent à fide. Denique. Diligere invicem amor est; sed fastidium amoris micat, ut dilexi vos. Patet qui ad se potius exsolvens quod non rapuit: iacet in vinculis, quem amor solus comprehendit, alligatus prius spiritu, quam catenis corporis: quippe tractus in vinculis charitatis. Sequuntur gravia manicularum & compedum in ergastulo, graviora ex tormentis & interitum cuncta subeunda pro corpore, maiora pro anima; ne simul anima captivetur, quorum corpus servituti mancipatur: diligereque Christus discipulos iubet, sicut ille illos dilexit; ut ingenium eluceat eximij amoris, in voluntarie obsequio captivitate: igitur sublimius charitatis officium, pati pro servis servitutis tormentum; ne per corporum pro mentem captivitatem, amitterent servi animarum salutem.

In quo amoris culmen

7 Quicquid gessit, subivitque Nolascus, expressit Stoicus. Prima huius nota sunt, hostium manibus eripi, & tyrannica ira, & proscriptio, & alijs periculis, qua varia & incerta humanam vitam obsident. Subit enim cogitatio, quantis sine liberati malis, & lenocinium est muneri antecedens metus. Nec tamen ideo debemus tardius quæque servare, quam possumus, sed muneri nostro timor imponat pondus. Proxima ab his sunt, sine quibus possumus quidem vivere, sed ut mors postior sit: tanquam libertas: Hic erit pecunia non superfluens, sed ad sanum modum habendi parata. Hic erit honor & processus ad altiora tendentium. Ita 1. de Benef. cap. 11. sed lib. 7. cap. 14. signat unde honoris scala, & processus ad altiora. Ad summam (subdit) cum captus esses me pecuniam mutuatum, rebus mei in securitatem creditoris oppositis, navigasse hymemiam serva per infesta latrocinij littora, emensum quicquid periculi afferre potest etiam pacatum mare; & peragratis omnibus solitudinibus. Cum quos nemo non fu.

Senec. Nolasci bonor, & labor.

fugiebat, ego quærerem; tandem ad piratas perveni. Negabis me gratiam retulisset? Retuli etiam si in illa navigatione pecuniam, quam saluti tua contraxeram, perdidit: etiam in vincula; qua detrabere tibi volui, ipse incidit. Hinc Nolasci honor & labor: non fat amoris pecunia parata? ferunt vincula, & etiam per maria latrocinij infesta, & hyme dura. Tendit in altiora: in vincula incidit, qua servis detrabere voluit: Maiorem hac dilectionem nemo habet; etenim sese dedit, ut captivos è vinculis liberaret. Sicut dilexit Christus, gaudet amore Nolascus: igitur formam servi accipit, cum liber esset; ut per susceptam gratissimè servitute, servis conferret è vinculis libertatem. Vincos suos non desepxit, cum alienos cognovisset: siquidem cum amor urgeret; gessit pro alienis singularissimo amore, quod etiam pro amicis credebatur incredibile. A fide nonnulli deficiebant, quia in latum intollerabilia cruciamina tolerabant: sufficiturpe sponte pro illis, in eximie ostensionem charitatis; equidem libertate amissa placide ac volupè patitur gravitatem vinculorum; propter imminens periculum perditionis animarum. Nesit virtus mensuram gratie (ait Ambrosius, in Luc. lib. 7.) nec contenta referre quod accepit; sed vult cumulare quod sumpsit; ne inferior sit obsequio, ubi æquatur officio. In officio Redemptoris æquatur Nolascus. Non æqualitatis homini ad Deum, sed similitudinis æmulatione est. Respondit obsequio, dum æquatur officio, sequens Salvatoris vestigia, ut sic & non aliter pateret amoris flammæ; quæ illum subdidit servorum captivitate, ne capti pro libertate deficerent prævè à fide. Secutus est amorem & modum, ut demonstraret excessum; in ulterius ducta flamma, æmulando divini amoris incendia: igitur si duxit amor captivum pro libertate corporum; ut nimis, subdidit vinculis in salutem animarum. Vincos suos non desepxit, dum sic amavit.

Ioan. 15. 13

Quam magnum eius obaritati propositum!

Ambros.

Picinnell. d. n. 103.

Ubi supr.

Quemvis colit ceu proximum Si distet orbe toto, Solus sibi met ultimus, Omnes putat propinquos.

8 Quia habet ut proximos, scrutandus excessus. Maiorem hac charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Unde maior, dummodò pro inimicis; diximus, Tom. præced. Tautolog. 5. D. 4. à n. 9. Pro amicis dicit: constatque huius demonstratio amicitie in Pylade & Oreste, hunc volente iugulare sorore: de quo videtur in Oreste Euripid. & Ravil. Textor. 4. Officin. cap. 14. Pro amicis. Unde ergo, ubi sum-

ma pectorum ingratitudo? Licet diligatur non est amicus, ni diligat, qui diligitur; igitur diligi potest hostis infensus, & tamen non est amicus. Quomodo ergo dum in vincula pro servis detrudendus, vocat amicos? Exprimitur Nolasci apex dilectionis, in fastigio charitatis: igitur in dilectione summa, accensa in pectore flammæ; quòd pro captivis animam avide poneret quasi captivi diligenter. Amicus est qui diligit diligenter: non amicus, tamen dilectus, qui nullam in pectore fovet redamationem. Amor sane ponere animam pro amicis; maior, amore carentibus, pro dilectis: vocatque amicos, quos liberat inter vincula servos; ut maioris charitatis eluceat honos: quandoquidem vincula solvens, vincula pariens, amoris demonstravit summam; pro quibus nullum exprimebant amorem. Hanc Christi sententiam (insit hic Alapid.) nonnulli accipiunt de salute non tantum spirituali & æterna: sed & corporali & temporalis. O miser inter tot vincula! Levate capita vestra: igitur adveniente Nolasci, vestra appropinquat redemptio.

Insignis insignis amoris.

Alapid.

Carnifici que venit mortem ducentis imago Accensisque rogis, & stridit a sepe securi, Supplicium vestigal erit. Vincorum dominus, sociisque in parte catena,

Manil. 5. Afron. à v. 634.

Interdum panis innoxia corpora servat. Pro salute temporali, seu vita alterius, expositio animæ, est comprobatio sublimioris amicitie. Non ita pro spiritali salute, quia respectu vite, salus æterna est maioris momenti; quin sit amoris maximi signum, respectu pretiosioris dare quod minus pretiosum. Excessus ostenditur, dum vita pro vita perfunditur: igitur quod charitatis signat quemque sibi primum; quam proximorum proximum. Clarius. Dare vitam pro proximi vita æterna, iuxta regulam amoris est iustitia: vitam pro vita, pellem pro pelle; paraspota gratia adhuc in charitate. Nolascus vidit in captivitate vincos, & amor respexit proximos; sed charitas magis, dum illos prætulit sibi, pro illis addidit captivitate. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ubi vincos in apicem charitatis, non solum sibi propinquos, sed se vidit propinquiores: igitur animam posuit nimia ductus charitate, pro quibus nunquam debebat animam ponere.

Cur maior charitas dare vitam pro alterius corporali vita, quam pro æterna

9 Uterius. Bona censetur ex divitiarum copia, ex vita ac fama. Cur igitur pro amicis dare vitam maius est, cum fama amplioris honoris sit? Non ambigitur in Nolasci pro miseris captivis divitiarum profusio,

Pro dilectis haud famam dilexit; qui tot opprobria intrepidus devocavit. Exegit celestem in terris vitam per infamiam utique & bonam famam. Appositè dicemus de Petro, quod Chrysofostomus de Paulo. *Nemo ita dilexit inimicos* (ait Homil. 8. de eo) *nemo infidelibus suis ita beneficus fuit, nemo pro afflictioribus suis tanta perpeffus est.* Gravissimis languoribus affectum in lectulum redegerunt molestiè gravissimè Barbarorum. Quare ergo pro specimine amoris, nil dicitur de divitijs, nil de deturpata fama; sed tantummodo de vita, pro amicis posita? Plura metaphysicè apud Caietanum lector inveniet: verum (ni fallor) acu argumentum non tangit. Pende. Cætera restitui possunt, equidem divitiæ & fama revocabilia sunt. Vita verò irrevocabilis est. Veruntamen quid ex hoc? Quod revocabile, rependi quit. Amor nimis sine spe: & in indicem amoris, non signatur fama, sed vita exposita pro proximis & amicis; quoniam pro captivis Nolascus irrevocabilem exponens vitalitatem, demonstravit charitate amare propter amorem. Dedit se, ut liberaret populum suum. Nomen ipsi æternam & scriptum in cælis acquisivit. Dedit vitam pro servis, ut vitam daret: cum dilexisset suos vitæ usque in finem dilexit.

O ego! Ne possim tales sentire dolores?
Non ego me vinculis verberibusque nego.
Servitium sed triste datur: tenèrgue catenis,
Et nunquam misero vincla remittit amor.

10 Hand cessat Stoicus. Si filios alicui restituere potero (inquit d. lib. 1. cap. 10.) magno periculo liberatos, sine ullo meo incommodo; non dubitabo dignum, etiam impendio sanguinis mei tuorbor, & in partem discriminis veniam. Virtutis splendor, & cordis dilectio; dum solvitur captivitas sine incommodo proprio: ac extremum amoris impendio sanguinis, maximè dum non venitur in discriminis partem, sed in totum præ dilectione discrimen. Quare rubrum est indumentum tuum? Quid mirum? Redemptor est. Quare ergo Nolascus album vestimentum tuum, & candidus color, si vel sanguine Redemptor? Venit de captivitate ex magna tribulatione, & lavit stolam suam in sanguine Agni. Galatitè sanguineus, ater, si teratur, reddat succum album ad lactis saporem. Ubi sanguine indumenta distincta ac tincta, adinstar lactis, exierunt gemma pretiosa. Altius dicam. Sanguine Nolasci, gemma pretiosa exivit de servitute. In huius-

modi articulum occurrit nobilis singularis historia. *Perfusa Persa* (ut ait Procopius lib. 1. *Perfar.* meministque lul. Cæsar. Bulenger. 2. de *Pictura*, cap. 9.) *margaritam maximum & candidissimum, quod ex aure gerebat, detractum protexit in serobem, ne in manum hostium Hunnorum veniret. Id repertum erat in thene pifice* (ideft, pifice quatuor dentium) *quem sequebatur canis marinus, captus amore margariti fulgentis inter aquas. Piscator enim, cum canem cibo intentum videret, natatu thene affecit in litus iccit; sed tam celeriter redire ad litus non potuit, quin à cane laceraretur. De cunis singularis gemmæ candidissimæ scitur: ubi iacet, ignoratur. An ficine fulget Nolascus? Adinstar Redemptoris Moyfius, non cognovit homo sepulcrum eius. Sepultus, sed nescitur ubi corpus. An post mortem non apparet, quia ultra fidem quòd ita pretiosa margarita laceret? A loco ubi mortuus Redemptor Israël, translatum alibi, etsi cum illo sepeliatur Ubi; dicimus, in *Ephemer. 7. Febr.* à n. 4. Munus videtur Redemptoriam corporum, quod illorum ab hominibus ignoretur sepulcrum. *Corpus Petri Nolasci, quod quidem sicut cadaver Moyfius ab oculis hominum scimus abstractum; visum apud Assisium ab Angelis adlatum, corpori Franciscus factum commorari, ab ipsoque Seraphico Patre exceptum hospitio: quod etiam de Dominici sanctissimo cadavere asseritur;* astitit Ant. Scobar, Tom. 5. lib. 8. Sect. 24. *Obferuat. 5. n. 31.* Felix profectò spelunca requiescant itaque ibi, ubi in somnis tenebris lux, Abraham, Isaac & Jacob. *Ibi sepulchra est ipse.* Quorsum ipse, in sepultura Abraham? An quia incorruptus vel post mortem? Ex Aben-Ezra aliud mentem pungit acumen. *Sepulchrum est Abraham* (inquit) *in pedes.* Insignis ergo cadaveris forma, quantum Patriarcharum æmulator spelunca. Ibi requiescunt Dominicus & Nolascus; ubi Franciscus ipse sepultus erectus.*

11 In margaritam redeamus. Vagabatur natura humana, margarita pretiosa per latum pelagus, quò duebant ultrò citroque fluctus, quam sequebatur, seu persequebatur invidus marinus canis, ne eriperetur a procellis æquoris, quippe sciebat post longævam oppressiorem, à natatore obtenturam libertatem; qua felix gauderet in litore momenti pretiositatis, etsi periret vita Redemptoris. A Domino factum est istud, cum discrimine vitæ, laceratione corporis, meditata à diabolo cane; ut amorem extimium exhiberet, dum animam pro summa margarita spontè posuit; igitur esto la-

cerum corpus, gemmam eduxit in litus, natà libertate vulneribus Redemptoris, ex captivitate demones rabidi canis.

12 Sic & aliter Nolasci dilectio, etiam oppresso tyranno. Capitur in servitute femina, insignis formæ, qua capitur canis Sarracenus ductus pulchritudine, formæ perclitante castitate, gemmâ pretiosissimâ, discrimini expositâ, vigili cane, ne eijceretur in litus, cuius veniunt usque in infamiam captus. Nolascus vidit, de vinculis gemmæ doluit. Ergo negotiator inventam sub aliena potestate pretiosam, dedit omnia sua, & comparavit eam. Quid tunc furens canis? Mercatoris tunc laceravit tormentis, gaudibundum de pretio, & vitæ periculo: etenim estò fastibus vexatus, flagris casus, vinculis onustus, & opprobrijs saturatus; in litus firmum procella tonante eiecit, & margaritæ libertatem contulit. Negotiator Evangelicus margaritas inquirens, & unam pretiosè singularem inveniens, se non dedit in pretium; sed omnia sua. Utilitas profectò charitatis, verum non charitas summa (quam exercuit Nolascus, ubi vitæ discrimine gemmam eduxit in litus) igitur licet cunctas opes dederit, restabat in amoris excessum, quod animam suam poneret. Omnia à Nolascus perusa, sed in gemmam non sufficiebant omnia. Inventus est iam, qui post omnia aliquid desideraret, & maxime cum haberet. Modum magnitudini facere debetur, cum fortuna non facit: ait Marc. Senec. *Saasor.* 1. Evanuerant omnia que congestis fortuna, & pro modo magnitudinis iam expensis, habuit omnia: siquidem omnia contulit; ut liberaret margaritam, cum se dedit. Perterea. Carcer unionum concha est, extra quam non evadunt, etiam dum extrahuntur. Si fideles animæ, quia fideles, in carcere sunt reclusa; invenitur sine pretio pretium Nolascus in lytrum, ut in libertatem amor obtineret modum: igitur ille deficiente fortunâ libertatis dedit formam, ubi traductus Nolascus in margaritæ clausuram. Margarita si semper clausa, fulget Nolascus ut unica margarita.

13 Ulteriùs. Una enim à Nolasci tunc videtur redempta, pro qua quidem dedit omnia. Si pro omnibus omnia dedit, quomodo pro una univerfa simul contulit? Ut demonstraret, quòd charitate pervenerat, dum unam dantaxat liberat: equidem eius amor pro una, si esset sola, totum pretium expendere, quod pro univerfis fecisset. Vide dicta, Tom. 2. T. 5. D. 3. n. 21. *Una est columba mea:* dicit Amasius, cum esset in captivitate Sponsa. Una? Una inter tor pulcherrima

mas foeminas, quæ ad eius faulcè pervenerunt nuptias? Una. An quia margarita ita sola incunabilis concha, ut nullibi uniones duo reperiant indideret? Cum multe sint animæ (hic n. 27. subdit Doctissim. Sanctius) quas Christus amat, tamen quia infinitus amor est, qui nec exhauriri potest, aut remitti, etsi ad plures effusus; ideo unquam appellare Sponsam, quia tanto in illam amore fertur, quanto si sola esset, in qua incitatisimus ille amoris impetus acquiesceret. Neque minora dedit amoris signa celestis Sponsus, aut pauciora, si una esset anima, quæ ipsius beneficij indigeret; quam dedit, ut ornaret tot Sponsas, quæ in alio secum in celo æternum cantabunt epithalamium. Brevius, non ita ingeniosè promam. Omnes sunt una: enamque dicit omnes ob intemam magnitudinem inexhaustæ charitatis: igitur pro una fecisset eius amoris excessus, quicquid perficere cogitaverat pro omnibus.

14 Hinc quarentem bonas margaritas (ut daret omnia pro unica) obstrinxit charitas, quæ non est acceptrix personarum; ubi Petrum dat in pretium. Unde cum omnia haberet, ut emeret omnes, quotquot inveniret sive pretiositatis; inventa unâ pretiosa, se dedit & univerfa: siquidem vel pro una exiguum videbatur eius amoris, operis totius univerfi. Pretium maius pro cunctis tradere se. Verum illi tantum, quid? Illa ipsa nocte, qua Assertor N. per egerunt in opus charitatem, decreverat per cruciamina incipere redemptionem, dixit redemptionis affectis: *Modicum, & iam non videbitis me.* Percussa ratio ad periodum sine intelligentia expavit. Unde mutò dicebant: *Quid est hoc, quod dicit modicum? Quid? Hoc.* Verum quid hoc modicum? Totum sanguinis pretium: pro illis tradi in carcerem, in opprobria, in crucem. Ita fatur. Nescimus sanè quid loquitur; & extra humanam cogitationem huiusmodi amoris ad redemptionem molimen: igitur in obsequium operatur amor summum; & quod summum, amor videtur modicum. Hoc dicitur. Quid est hoc? Hoc, & demonstrativè, ut homines valeant, quod non cogitant comprehendere: igitur quod de amore non credent, etiam ante oculos habent. Hoc. De hoc quæritis inter vos? Disquisitio vana est; quæstionem quam excitavit curiositas, exponere charitas: siquidem in hoc charitatis excessu, quo summi amoris splendor, tantum potest quod ferre summus amor. Nescitur quid summa charitas sit, & demonstratur in expositionem Hoc; quod vel videntes non valent comprehendere: etenim incomprehensibilis

Anor Christi
 sit erga omnes
 est erga singulos.

Sanctus.

Ioan. 16. 16

V. 18.

Exigua Christi
 sit videntur
 cuncta pro
 homine cruciamina.

Chrysof.

Amat Nolascus
 propter
 amorem.

Tibul. 2. 3.
 à v. 5.

Senec.

Cur si Redemptor,
 alibi induitur

Gal. 6. 2.

Galatitè.
 Solin.

Procop.

Nescitur,
 ubi eius sit
 corpus.

Deut. 34. 6.

An cum Dominici
 Franciscus
 daverit ibi
 Escobar.

Gen. 15. 10.
 Aben Ezra.

Franciscus
 cadaverem
 traxit.

Morte Redemptoris
 extrin homo
 à vinculis captivitatis.

Matth. 13.
 46.

Nolascus post
 quam cuncta
 expendit
 sese traxit

Joan. 16

M. Senec.

Gen. 15. 10.
 Aben Ezra.

Franciscus
 cadaverem
 traxit.

Gal. 6. 2.

Cantic. 6. 8.

Tom. VI.

in redemptionem se dedere carceri, se dare catenae, verberibus, funibus, dirisima vite, cruci, quod amoris in apice complementum; & totum summum appellare modicum.

15 Idem respondet Nolascus, ubi inter tractus carenarum gaudibundè iacet corpus. Gaudibundè, & meritò; e quidem expectabat Mater Virgo, ut requiesceret inter vincula dulcia brachiorum Virginis, qui inter Barbaros duris vinciebatur catenis. Gaudibundè. Quod tu pretium ponis (verbis Stoici utor d. lib. 6. cap. 15.) trajectendi maria, & per medios fluctus, cum è terra conspectu recessit, certam secanti viam, & prospicienti futuris tempestates, & securis omnibus iudenti subito vela stringi, & a mamenta demitti, paratos ad incursum procelle & repentinum impetum stare. Hinc tamen tantæ rei præmium (Angelorum) vêtura persolvit. Egris pedibus catenarum tractibus, manibus Angelorum portatur in chorum, ut videat Matrem-Virginem, & ne offendant etiam in lapide pedem. Tanti res est, & tanta in Nolasci tribulationibus. At quanti reputat eius amoris excessus? Totum, estò summum, modicum. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil deficiet eam. Quod totum ab hominibus putatur, ab amore ad nihil redigetur. Quomodo ad nihilum? Quia redemptio ex qua illi gaudium, vertebatur in tormentum. Questionem proponit Seneca ibid. cap. 13. Si decem captos cives ex magno captivorum numero, redemero; nihil debetis mihi, cum te servitute ac vinculis liberavero? Si amor in Redemptore, totum nihil; igitur illi nihilum decem cives ex magno numero captivorum: mutato in cruciamen redemptionis gaudio; quia apud illum nequibat ad omnes esse copiosa redemptio.

16 Desiderio desideravit Redemptor N. pascha novissimum celebrare; ut homines exirent de demonis servitute. Hinc cum advenisset tempus, redimendis dixit: Surgite cæcis. Hilaris iucundè processerat, & factus in agonia, prolixius orabat. Unde flagrans amor, inde vehementior dolor. Ex cogitatione tormentorum è superavit incendium; & quia prævaluit, sciens omnia, quæ ventura erant super se processit. Ergo unde angor, & ex angore mollitia? Ex charitatis intensissima flamma. Omnes videbat captivos, sed non omnes liberandos. Ex magno captivorum numero & grege, non omnes egressuri, licet multi. Unde quantumvis malencis alliciebat captivorum redemptio, viscera amore flagrantia replebat amaritudinis

do, qua nimia angebatur pœnâ; quippe ad omnes catenatos non extendebatur gratia. Quæ utilitas in sanguine mo? Non utilis sanguis, quo redempti homines? E charitate sanguinis utilitas; verum non computat fumina charitas: igitur licet pretioso lythro liberentur plures, sed non liberantur omnes. Haud secus in Nolasci charitatis flamma. Adinstat ignis ad omnia. Dotibus aucta, novis, nec tempore deperit ullo.

Sed sumit vires formite flamma novas. Hinc cordi angor, ubi potestas comprimitur: quandoquidem grave Redemptori cordiolium libertate fidelium, quod tantum plures ex tanto numero captivorum.

17 Quasi posset explere doloribus votum, se pro servis tradit ferventi. Pro captivis liberandis cupiebat venire, & in eorum vincula sufficit. Aliquid cogitabat ingenium charitatis pro redimendis.

Liber captivos. Ait Plautus in Captivo. Act. 1. scen. 2. v. 7. Quid quod captivus sit, qui liber est? Captivorum libertas, quia libertatem cordis captivæ charitas. Ignis symbolum Amoris & libertatis: quapropter de illo Picinell. lib. 2. n. 9. dicit: Non includat, carceris impatient. Videmus articulum. Tres pueri ceciderunt in medio ignis ardentis colligatis; sed ibi liberè ambulabant in medio flamma. Flamma ne æstu dissolvit vincula? Non sunt soluti flamma, sed à flamma. Angelus Domini exclusit flammam ignis; dicitur, & ita reprensit, ut ligatos solveret. Difficile argumentum. Si in medio ignis, non excussit. Quid ergo fecit? Coërcuit. Ignis captivitas fuit captivorum libertas. In altiore articulo exponendum testimonium. In flamma signatur amor: flamma sine libertate ab Angelo mirè conspescitur: vinculumque ligatorum actutum solvit: igitur liberi amoris captivitas, est captivorum libertas. Ignis itaque horuit iacens in vinculis, quo vincula soluta tribus pueris.

18 Stellam indicem nativitatis Salvatoris ex cœlesti sphaera esse, asserunt plures apud Suarium, in 3. p. D. Thom. disp. 14. sect. 5. & rursus post ducatum Magorum è terris ascendisse in cœlum. Unde nato Salvatore ob præclarum indicis munus, Evangelista vocat stellam eius; quasi inter cuncta sidera, illa stella in splendoribus sola, & novitate cursus & discrimine motus. Novum sidus hac de causa vocat Leo Pap. in Epiphan. serm. 3. & 4. subdit: Nova etenim claritas stelle illustrioris apparuit, & in-tuentium animos admiratione sui splendoris

Psal. 19. 10.

Paul. Mac. cins, Em. bl. 40.

Plautus

Picinell.

Daniel. 24. 24.

Qui captivatur amore, solvit captivitatem.

Matt. 1. 2.

Leo Pap.

Senec.

Singularibus favoribus dignatur è cœlo,

Idem.

Joan. 14. 31. Luc. 22. 43. Unde dicit amoris Iesu.

ris implevit. Unde igitur tantis claritati splendor, quod tanquam quid Dei, stella videretur illustrior? An quia cœlum & thronum reliquit, ut captivos à dæmone liberaret, & in fidei lumen duceret? Ligati vinculis idololatricæ vanæ superstitione iacebant Magi: illos ad Christum perduxit, & ibi intra puteum omnino radios abscondit. Ita Gregor. Turonens. teste Haymone, indicatque videtur Nicephor. lib. 1. Hystor. cap. 13. Cognoscitur esse à Deo, quæ ita solgebatur in mundo: quandoquidem consulens captivorum, libertatis ipsa se abscondit in clausuram patet. Super Nolascum sepe aperuit puteus os suum. Verum cum ita ille, qui liber, apparuit animos admiratione sui splendoris implevit: e quidem uti novam claritatis fidus, apparuit in mundo homo de cœlo delapsus. Stella Dei est: sic inter astra cætera illustrior Nolasci lux. Verum quid est Sic? Radix zelus flagrantis pectoris ac flammarum charitatis. Zelus pro infidelibus cæcis: charitas pro fidelibus captivis: stella Dei factus est, illos reducens ad fidem; hosque educens in libertatem, singularissimo munere, & illustriori splendore, admiratione spectantium: e quidem admiratione dignum, quod postquam infideles ad fidei lumen perduxit, pro fidelibus inclusis, sese in carcerem absconderet. Nescio an meruerit huiusmodi studijs, videre duodecim portas pervias urbis cœlestis: sed scio huiusmodi fidus in mundo, dignum cœlo.

19 Occurrit in obsequium Nolasci arcanum mysterium in redemptione Christi. Sinitur puer à genitrice templo, ex quo Angelorum admiratio. Ut spherent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Quinque siclis redimitur ex lege, qui captivus amore. Dignus sanè etiam in Angelis stupor, si redimitur Redemptor. Vides (inquit hic Ambros. lib. 2.) uberem in omnes gratiam Domini generatione diffusam. Unde ex huiusmodi articulo diffusa est gratia & in omnes, quæ tantum eminebat in pueri labijs: Solvit gratia peccatorum in libertatem vincula, catenasque conterit, qua libertate Christus nos liberavit. Fidelibus haud novum, siquidem gratia & veritas per Iesum Christum. At quomodo dum ille fessiter templo huiusmodi gratia in omnes copiosissime diffusa? Redimitur quinque siclis, qui origo & principium libertatis. Ille venerat ut educeret victos in fortitudine, exuta captivitate; & cum ex captivitate Redemptoris iugum frangeretur servitutis; gratia vinculis fractis extensa in omnes: etenim omnes acceperunt libertatem, cum redemptum quin-

que siclis aspicere Redemptorem. Cum extra potestatem & carenas tyrannorum moveretur Nolascus, qui sepe ut liberarentur, qui captivi, in custodiam inclusus; videtur sanè quod fuerit pretio redemptus. Miram utique, quod Redemptor redimatur: sed congruum, ut liberetur qui vincit, Redemptoris redemptione: igitur cum ad omnes extenderetur gratia, fracta sunt conctorum vincula; ex eo quod iam nullus esset, pro quo se liber in captivitate daret. Gratia à vinculis omnibus obtinetur, ubi Nolascus redimitur. Redemptio libertatis privationem supponit: charitas Redemptorem in servitutem agit; ut eius voluntaria captivitate, qui capti non sint captivi: elucetque in universos captivos libertatis gratia, & redemptione copiosa, siquidem si Nolascus captivitatem exutus, omnes redemit redemptus. Sic enim, ut accinit Iuvenec lib. 4. Evangel. hystor. v. 117.

Sublimis lucis Eternis vita sortis redimitus abiit.

20 Imago olim charitatis, uti observat Ioann. Hemelar. in Numismat. Tabul. 24. fuit species pulcherrima virginis, cinctæ pueris. Inaptibus, ex quibus unus in unis, gestans in manu pomum. Vividius exprimeret, si designaret favum, alludens ad illum, quem in manu Nolasci examen apum construxit, cum adhuc in cunabulis infans festivè vagiret: etenim quoad speciem ac eximiam pulchritudinem, nemo Nolasci signatiûs obumbravit charitatem. Per favum signatur perfectus amor: sic in Dictionar. Bethor. Si favus perfectionem amoris iudicet, Nolascus in manu ostendit.

Tantus eris: nostro nec debes regna favori, Que tibi iam natura dedit. Sic mollibus olim

Stridula duciturum pratis examina regem Nascentem venerantur apes, & publica mellis lura petant, traduntque favos.

Rab. Salomon in Cantico. 5. 1. per favum asserit significari intellectum. In Nolasci arbitrator dirigi ex charitate ad captivos: etenim in intellectu manuum deduxit eos. Tam doctus, quis non possit amare manus? Captivus, iam liberatus, ostendit Redemptor manus; sed illi obtulerunt ei favum mellis; appositè in libertatis signum, Redemptori donum: quandoquidem per favi in manu delectinem, vivide demonstrarunt factam fuisse redemptionem. Hinc in præfagium excellentiæ pueruli vagientis, ludunt venerantes apes.

Ille favi ducens tenerum de neclare succum, Paulatim somno captivus.

Que charitas tu ingruit

Iuvenec.

Imago charitatis.

Charitas Nolasci ex favo in manibus obumbratur

Claud. 4. Conf. Elog. 3. 379.

Ovid. 1. Amor. 4. v. 28. Luc. 24. 42.

Iovian. 2. Uran.

Incorcoratur, ut qui vinculis liberetur.

Discrimen inter cœlum & amorem Nolasci.

Luc. 22.

Ambros.

Libertas ex captivitate Redemptoris.

Tom. VI.

Y 2

TAU.